

73
1
MONUMENTA
Et Manfredi Comitum de Curia per
litigium capere sed tandem operas
eius rederunt in nihilum, postquam
ad Romanam Curiam se translabit;
ibique usque ad mortem Innocentii re-
sedit. Mortuo autem Innocentio substi-
tuitur Gregorius XII, qui prius Presbyter
Cardinalis Sancti Marci fuerat, qui cae-
teris promissit, et vovit Cardinalibus, et
Deo, quod renunciaret Papatui, unde
exinde unio sequeretur, nunciosque ad
Benedictum Antipapam solemniter mittit,
et quantum foris videri potuit unioni in
principio operam dedit, renunciare pa-
ratus in civitate Saone, quae et Anti-
papa facere paratus erat. Eandem ostatu
attinentium suorum Antonii Correrii, et
Gabrielis Condulmeri, et Johanne Dominici
de Ordine Praedicatorum suggestionibusque
ipsorum seductus eodem Gabrielem, et
Johannem Dominicum, et Jacobum de Ubi-
no contra formam voti promissionis, et
juramenti, Cardinales creat, et facit, et
a tanto sancto opere unionis discedit, in
hocque dictum Prophetae Psalmigraphi